

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5050

Auteur(s) : Anastase IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Henri, Sées (prieur du chapitre cathédral)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1153, 27 novembre

Lieu d'émission : Latran

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Anastase [IV] soutient l'ordre canonical suivant la règle de saint Augustin, installé au chapitre de l'église de Sées, et confirme les biens et les droits dudit chapitre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 72, p. 152-153.

Texte établi d'après a

[A]nastasius episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Henrico Sagiensis ecclesie priori eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis imperpetuum. Pie postulacio etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuente, ut ordo canonicus, qui secundum beati Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter conseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec proprii duximus exprimenda uocabulis: altare in Crucifixo, decimam Bodeuille, decimam Floreii, ecclesiam sancti Iulliani cum tota decima, ecclesiam de Alneio, ecclesiam de Estreis, ecclesiam de Bonafide, ecclesiam de Curte Episcopi, ecclesiam sancti Laurencii de Falesia, fossatum et furnos burgi episcopi cum omnibus rationabilibus consuetudinibus suis, ecclesiam sancti Iohannis de Foresta, ecclesiam sancti Quintini in Bellimensi pago, ecclesiam sancti Germani de Alodio, ecclesiam de Manso Guidonis, ecclesiam desuper Oudom, ecclesiam sancti Quintini de Blauon, ecclesiam de Crasmesnil, ecclesiam de Froc, ecclesiam de Auesnis et ecclesiam de Belmes. Ad hec presenti capitulo decreuimus adiungendum, ut iuxta constitutionem bone memorie Iohannis quondam episcopi uestri archidiacones in ecclesia uestra de uestris fratribus in uestro capitulo uestroque consilio ab episcopo, qui pro tempore fuerit, eligantur et beneficia et redditus eorum et quicquid eis de archidiaconatu prouenerit, in communes usus uestros sine contradictione aliqua redigantur, adicientes, ut, postquam archidiaconus ad Sagiensem uillam accesserit, ad nullum locum nisi ad communem domum uestram habeat licentiam diuertendi, ubi suorum fratrum ordinem prosequatur et sine prioris sui licentia nulla ei detur exeundi facultas. Sancimus eciam et auctoritate apostolica inhibemus, ut nullus omnino clericus sanctuarium Dei hereditate possidere audeat uel hereditario iure in ecclesia uestra missarum solempnia et diuina officia celebrare. Decernimus ergo etc., salua episcopi uestri debita iusticia et reuerencia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen. Amen. Amen.

R. Ego Anastasius catholice ecclesie episcopus.

Ego Ymarus Tusculanus episcopus.

Ego Manfredus presb. card. tit. sancte Sabine.

Ego Aribertus presb. card. tit. sancte Anastasie.

Ego Hubaldus presb. card. tit. sancte Crucis in Iherusalem.

Ego Gerardus presb. card. tit. sancti Stephani in Celio monte.

Ego Iohannes presb. card. sanctorum Siluestri et Martini tit. Equitii.

Ego Odo diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum.

Ego Guydo diac. card. sancte Marie in porticu.

Ego Iacinctus diac. card. sancte Marie in Cosmydyn.

Ego Gerardus diac. card. sancte Marie in uia lata.

Ego Odo diac. card. sancti Nicolai in carcere Tulliano.

Dat. Lat. per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii V° kal. decembris, indictione II, incarnationis dominice anno M°.C°.LIII°, pontificatus uero domni Anastasii IIII pape anno primo.